

Laibacher Diöcesanblatt.

Jr. II.

Inhalt: 9. Epistola Pontif. ad Patriarcham Ciliciae. — 10. und 11. Faßmandat für die Laibacher Diöcese im Jahre 1889 (slowenisch und deutsch). — 12. Ausweisung aus der Gemeinde wegen Mangels an Unbescholtenheit. — 13. Sammlung für die Abbrändler von Hrastje. — 14. Mäßigkeits-Vereine. — 15. Concurs-Verlautbarung. — 16. Chronik der Diöcese.

1889.

9.

SS. D. N. LEONIS PAPAE XIII.

EPISTOLA ENCYCLICA

AD VENERABILES FRATRES STEPHANUM PETRUM X. PATRIARCHAM CILICIAE, ARCHIEPISCOPOS ET EPISCOPOS NEC NON AD DILECTOS FILIOS CLERUM MONACHOS AC POPULUM ARMENII RITUS GRATIAM ET COMMUNIONEM APOSTOLICAE SEDIS HABENTES.

LEO PP. XIII.

Venerabiles Fratres, Dilecti filii, salutem et apostolicam benedictionem.

Paterna caritas, qua partes omnes Dominici gregis complectimur, vi naturae sua est eiusmodi, ut laeta, tristia, quaecumque uspiam in christiana republica eveniunt, intima Nos perpetuae communicatione sentiamus. Itaque sicut antea magnus ac diuturnus in animo Nostro insederat dolor, quod quidam ex Armenia gente, praesertim in urbe Constantinopoli, sese a fraterno coeto vestro seiunxissent, ita nunc laetitiam capimus singularem ac vehementer optatam, quod dissidium illud, Dei beneficio, auspicio conquieverit. Dum autem restitutam Vobis concordiam pacemque gratulamur, temperare Nobis nequimus quin Vos hortemur enixe, ut divinae bonitatis tam grande munus custodire sedulo et augere studeatis. — Quo autem hoc consequamini, videlicet idem sapere idemque in iis, quae ad religionem pertinent, sentire, oportet omnes

quidem constanter, ut facitis, in *obedientia huic Apostolicae Sedi permanere*: vos autem, dilecti filii, Patriarchae vestro, aliisque Antistitibus, qui vobis iure legitimo praesunt, fideliter subesse et obtemperare. — Quoniam vero ad hanc ipsam religiosam concordiam labefactandam saepe suboritur occasio cum ex dissensionibus in publicis negotiis, tum propter jurgia de privatis rebus, primas illas a vobis arceat fidelis ea, quae spectatissima in vobis est, observantia et animorum subiectio erga supremum Othomani imperii Principem, cuius perspecta Nobis est aequitas, studium servandae pacis, et egregia in Nos voluntas luculentis testata indiciiis. Jurgia vero ac simultates facile a vobis aberunt, si vestris haeserint defixa mentibus, moribusque expressa fuerint, quae beatus Paulus gentium Apostolus tradit de caritate perfecta, quae *patiens ac*

benigna est, non aemulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non quaerit quae sua sunt, non irritatur, non cogitat malum (1. Corinth. XIII. 4—5). Porro eximia haec et perfecta animorum consensio aliud vobis praestabit bonum, ut per eam augere, quemadmodum diximus, latiusque provehere possitis restitutae concordiae pacisque fructus; oculos enim ad vos animosque convertet ceterorum qui licet commune vobiscum genus nomenque gentis habeant, adhuc tamen a vobis Nobisque dissident, neque sacris eius, cui praesumus, Ovilis septis includuntur. Ii scilicet concordiae et caritatis vestrae intuentes exempla, facile intelligent, Christi spiritum vigere inter vos, quippe unus Ille suos ita sibi iungere potest, ut unum corpus efficiant. Utinam illi id agnoscant, et ad eam unitatem redire constituent, unde maiores eorum discessere! Quo facto necesse erit eos incredibili voluptate perfundi quum senserint sese Nobis vobisque iunctos etiam cum ceteris coniungi fidelibus, qui totum diffusi per orbem censentur catholico nomine; adeoque senserint, se in tabernaculis manere mysticae Sion, cui datum est uni ex divinis oraculis, ut ubique terrarum dilatet locum tentorii sui, et pelles tabernaculorum suorum extendat.

Ceterum ut *optata haec reversio* contingat, vestrum est potissimum operam dare, Venerabiles Fratres, qui Armeniis Dioecibus praestis, quibus neque zelum ad cohortandum, neque doctrinam ad persuadendum defore novimus. Quin etiam Nostro nomine et verbis eos, qui dissentiunt, per Vos revocari volumus: non enim pudor est, imo vero maxime decet, parentem ab se digressos diuque expectatos liberos revocare domum, imo occurrere et brachia pandere reduces amplexura. Neque fore putamus, ut voces suasionisque vestrae in irritum cadant. Spem enim Nobis facit optati exitus primum amplissima misericordia Dei in omnes gentes effusa, tum ipsius Armenii populi docilitas et ingenium. Quam pronus ad amplectendam veritatem semel agnitam sit, quam paratus ad regressum, si in devia senserit se deflexisse, multis testatum est monumentis historiae. Gloriantur ii vel ipsi, qui

sacra a vobis separatim obeunt, Armeniam gentem Christi fidem edoctam fuisse a Gregorio, viro sanctissimo, cui Illuminatori dictum cognomen est, eumque parentem ac patronum obsequio colunt singulari. Huius memorabile et inter eos iter est ad urbem Romam, ut S. Silvestro Romano Pontifici suam probaret fidem, observantiam profiteretur. Fertur imo exceptus ab eo fuisse *summa cum benevolentia et quibusdam facultatibus auctus*. Eodem fuisse animo, quo Gregorius fuerat, in Apostolicam Sedem complures ex iis, qui posthac Armeniis praefuerunt ecclesiis, compertum est ex eorum epistolis, ex peregrinationibus ad urbem susceptis, imprimis vero e Synodalibus Decretis. Ac sane dignissima memoratu sunt, quae in Sisensi Synodo anno 1307 habita Armenii Patres edixere de officio parendi huic Apostolicae Sedi: *Sicuti corporis est capiti obedire ita debet similiter universalis Ecclesia (quae corpus est Christi) obtemperare ei, qui totius Ecclesiae caput a Christo Domino est constitutus*. Quae confirmata sunt et enucleatius explicata in Adanensi Concilio anno eiusdem saeculi decimo sexto. Gnarum praeterea Vobis est, ut alia quae minoris sunt missa faciamus, quid gestum fuerit in Synodo Florentina. Quo cum Legati Constantini V. Patriarchae accessissent Eugenium IV. decessorem Nostrum uti Christi Vicarium venerati, se venisse dixerunt ad caput, ad pastorem, ad fundamentum Ecclesiae, rogantes ut caput condoleret membris, pastor colligeret gregem, fundamentum Ecclesiam confirmaret (Labbaei Conc. Collect. suppl. Tom. v. 210). Et symbolum suum ac fidem exhibentes rogabant: *si est defectus doce*. Tum vero edita a Pontifice conciliaris Constitutio *Exultate Deo*, qua illos docuit quaecumque de doctrina catholica scitu necessaria existimavit. Quam Constitutionem Legati, suo suique Patriarchae toiusque Armetniae gentis nomine, excipere sese amplectique declararunt submisso ac prono ad parendum animo, *profitentes tamquam veri obedientiae filii, nomine quo supra, ipsius Sedis Apostolicae ordinationibus et iussionibus fideliter obtemperare*. Eapropter Azarias Patriarcha Ciliciae, datis ad Gregorium XIII. decessorem Nostrum litteris IV. Idus Aprilis anno 1585,

verissime perscripsit: *Ecce invenimus libros maiorum nostrorum de obedientia Catholicorum et Patriarcharum Nostrorum ad Pontificem Romanum, quomodo S. Gregorius Illuminator obediens fuit S. Silvestro Papae.* Hinc in more fuit Armeniae gentis, missos pro re nata ab Apostolica Sede legatos honestissime excipere, eiusque mandata religiose facessere.

Haec equidem plurimum valitura confidimus, ut plures hactenus a Nobis segregati ad coniunctionem expetendam inducant animum: si quibus vero cunctandi haerendive causa fuerit metus, ne minus de se sollicitam experturi sint Apostolicam Sedem, minusve amanter quam vellent excipiantur a Nobis, hos iubete, Venerabiles Fratres, ad ea referre animum quae gesserunt Romani Pontifices decessores Nostri, qui numquam passi sunt desiderari ab Armeniis paternae caritatis suae argumenta. Hi nimirum peregrinantes illos ad urbem, vel ad se confugientes benigne semper complexi sunt, imo hospitales domos iis patere voluerunt. *Gregorius XIII.* ut scitum est, destinaverat animo ephebeum condere Armeniis iuvenibus recte instituendis: quod tamen, morte interceptus cum ille nequivisset efficere ex parte praestitit *Urbanus VIII.*, quippe qui cum ceteris exteris alumnis Armenios quoque recipit in Collegium amplissimum ab se excitatum ad propagandam fidem. Nos autem, tempore licet iniquo, initum a *Gregorio XIII.* consilium plenius exequi, Deo dante, potuimus, aedesque satis amplas ad *S. Nicolai Tolentinatis* Armeniis alumnis addiximus, eorumque Collegium rite constituimus. Quae omnia sic acta sunt, ut Armeniae liturgiae et linguae, quam vetustas, elegantia et insignium commendat scriptorum copia, debitus haberetur honor; imo iamdiu cautum, ut ex Episcopis ritu vestro Romae perpetuo moraretur unus, cuius esset initiare sacris, quotquot ex iis alumnis Dominus in sortem suam vocasset. Ad haec in *Urbaniano Collegio* schola iampridem Armeniae linguae tradendae instituta fuit, et *Pius IX.* Deceptor Noster curavit, ut in gymnasio Pontificii Seminarii Romani praeceptor esset, a quo nostrates sermonem, litteras, historiam Armeniae gentis ad-

discerent. Neque huius Urbis finibus se continuit Romanorum Pontificum de Armeniis sollicitudo: namque iis nihil fuit antiquius, quam ut Ecclesiam vestram difficultatibus, quibus esset implicata, eximerent, damna sarcirent eidem iniquitate temporum illata, eiusque commodis prospicerent. Obscurum est nemini *Benedicti XIV.* studium ut sarta tectaque servaretur liturgia vestra non secus ac aliarum orientalium Ecclesiarum, atque ut catholicorum Armeniae Patriarcharum successio in Sisensi sede restitueretur. Exploratae vobis curae sunt *Leonis XII.* et *Pii VIII.* eo conversae, ut in Urbe imperii Othomani principi Armenii praefectum suae gentis haberent in civilibus negotiis, ad instar aliarum nationum, quae in eadem ditione sitae sunt. Recens demum memoria est rerum a *Gregorio XVI.* et *Pio IX.* gestarum, ut episcopales sedes in vestra regione augerentur, atque ut Armenius Antistes Constantinopoli esset honore et dignitate praestans. Quod primo factum est Archiepiscopali et Primatiali sede ibidem constituta, deinde unione decreta cum Patriarchatu Ciliciae: ea lege ut Patriarchae in ea urbe domicilium esset, quae caput imperii est. Neve locorum distantia interiecta arctam coniunctionem extenuaret quae Armenios fideles Romanae Ecclesiae devincit, providenter constitutum est, ut Delegatus Apostolicus in eadem urbe esset, qui Romani Pontificis gereret vices. Quae Nobis de gente vestra cura fuerit, vos ipsi testes estis. Nosque vicissim testes sumus voluntatis erga Nos vestrae, cuius significationem non semel accepimus.

Quare cum istinc populi ingenium, mos maiorum, omnis anteactae aetatis memoria Armenios a vobis seiunctos ad hanc veritatis arcem validius trahat, quam ut longiori possint distineri mora: hinc vero Apostolica Sedes semper contenderit coniunctissimam sibi habere nationem vestram, ac sicubi defecisset, ad pristinam communionem revocare; sane vobis, Venerabiles Fratres, praegravia suppetunt argumenta ad suadendum, et Nobis ad bene sperandum, ut vetus coniunctio plenissime restituatur. Quod utique genti universae bene vertet non modo ad aeternam animarum salutem, sed et ad eam, quae pie optari potest in terris pro-

speritatem et decus. Testatur enim historia, inter sacros Armeniae Antistites eos praefulsisse ceteris, uti splendida sidera, qui Romanae Ecclesiae adhaeserunt aretius, maximamque fuisse iis saeculis nationis gloriam, quibus in ea catholica religio latissime floruit.

Uti haec iuxta vota et ex sententia cedant, unus praestare potest rerum omnium moderator Deus, qui *quos dignatur vocat, et quem vult religiosum facit* (S. Ambros. in Luc. c. IV). Ad Eum supplices Nobiscum adhibete preces, Venerabiles Fratres, ac Dilecti Filii, ut flexanima Eius gratia moti quotquot e gente vestra per baptismum ingressi in christianae vitae societatem seiunctum a Nobis coetum habent, impleant ad Nos reversi gaudium Nostrum, *idem sapientes, eandem caritatem habentes, unanimes, idipsum sentientes* (Philip. II. 2). Contendite ut suffragatrix adsit apud gratiae thronum *gloriosa, benedicta, sancta, semper Virgo Deipara*

Maria, Christi mater et offerat preces nostras Filio suo et Deo nostro (Antiph. Liturg. Arm.). Deprecator cum ea adhibeatur martyr illustris Gregorius Illuminator, ut opus ab se laboribus, invictaque cruciatuum perpessione inchoatum, divinae minister opis, perficiat, solidetque. Denique et illud, Nostra praeunte prece, deposcite ut *Armeniorum docilitas reditusque ad unitatem catholicam* exemplo et incitamento sit ceteris qui Christum quidem colunt, sed a Romana Ecclesia secesserunt, ut illuc redeant unde digressi sunt, fiatque unum ovile et unus Pastor.

Haec dum votis et spe Nostra prosequimur, Apostolicam Benedictionem, divinae benignitatis auspicem Vobis, Venerabiles Fratres, vobisque universis, dilecti filii, effusa caritate impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die 25. Julii anno 1888 Pontificatus Nostri Undecimo.

LEO PP. XIII.

10.

Postna postava

za Ljubljansko škofijo v letu 1889.

Polajšave, ki so se gledé posta po papeževem pooblastenju doslej dajale v Ljubljanski škofiji, veljajo s privoljenjem sv. Očeta tudi za leto 1889. Verniki Ljubljanske škofije so tedaj dolžni pri spolnovanju postne zapovedi paziti v tekočem letu na sledeče določbe:

I. Dnevi, o katerih si je pritrpati treba, ali o katerih je dovoljeno le jedenkrat do sitega jesti, so:

1. Vsi dnevi štiridesetdanskega posta razun nedelj.
2. Kvatrne srede, petki in sobote.
3. Srede in petki v adventu.
4. Dnevi pred binkoštni, pred prazniki svetega Petra in Pavla, vnebovzetja Marijinega, vseh svêtov, čistega spočetja M. D. in pred Božičem.

II. Dnevi, o katerih je prepovedano meso jesti, so:

1. Vsi petki celega leta.
2. Pepelnična sredo, štiri kvatrne srede in kvatrne sobote.
3. Trije zadnji dnevi velicega tedna.
4. Dnevi pred binkoštni, pred prazniki svetega Petra in Pavla, vnebovzetja Marijinega, vseh svêtov, čistega spočetja M. D. in pred Božičem.

III. Privoljeno je nadalje meso jesti:

1. Za vso škofijo, kolikorkrat je zapovedan praznik na kak poprej imenovani dan, na kateri je meso jesti prepovedano.
2. Za posamezne kraje, kolikorkrat je kak semenj na tak dan. (V mnogih farah je po več raznih krajev, ki so drug od drugega oddaljeni: tû polajšanje ne velja za vso faro, ampak le za tiste kraje, kjer se zaradi semnja večja množica ljudij shaja.)
3. Za posamezne osebe:

a) Razun pepelnične srede, zadnjih treh dni velicega tedna ter dni pred binkoštni in Božičem se za vse druge dni polajšanje, to je — privoljenje meso jesti, daje:

delalcem v tovarnah (fabrikah) in v premógo-in rudokópih;

popotnikom, ki v krčmah ali gostilnicah jedó; tudi drugim, kateri n. pr. v mestih, trgih itd. navadno v gostilnico na hrano hodijo.

b) Razun vélicege petka se za vse druge dni táko polajšanje daje:

železničnim sprevodnikom ali konduktêrjem; vsem, ki po železnici potujejo in so prisiljeni na železničnih postajah v ondotnih gostilnicah jesti;

tistim, ki zaradi zdravja v kopeljih bivajo, njihovim ondi bivajočim družinam in poslom.

c) Vse dni, brez izjeme, smejo mesne jedi uživati:

tisti, kateri so zaradi prevelike revščine primorani jesti, karkoli dobé;

tudi drugi, ki v družinah služijo ali živé, kjer se postno ne kuha.

Vender naj taki gledajo, če je moč, da se vsaj véliki petek mesnih jedij zdrzé.

IV. Vse tiste postne dni v letu, o katerih je le jedenkrat nasititi se pripuščeno, in ves štiridesetdanski postni čas, tudi ob nedeljah, je uživanje rib in mesa pri ravno tistem obedu prepo vedano. Treba se je zdržati mesa ali rib.

V. V jedi pritrgovati si ni treba: bolnikom, nadalje onim, ki težka dela opravljajo, slednjič onim, ki eden in dvajsetega leta še niso dopolnili, ali pa so šestdeseto že prestopili.

Oni, katerih ne véže zapoved v jedi pritrgovati si, smejo tiste dni, kadar je drugim v jedi pritrgovati si zapovedano, pa ne popolnoma prepovedano jesti meso. — izjemoma meso jesti, kolikor krat med dnevom jed uživajo; nasproti pa smejo oni, katere véže zapoved v jedi pritrgovati si, tiste dni meso le o poludne in zvečer uživati, pa si zvečer po dolžnosti pritrgovati.

Gospodje župniki in spovedniki so pooblaščeni, da smejo v slučajni resnični potrebi prepoved o uživanju mesa še bolj zlajšati, vzlasti pa dovoliti, da se pri napravljanju postnih jedij, razun vélicege petka in kvatrnih petkov, sme svinjska maščoba rabiti mesto masla. Kdor meni, da mu je stalne dispenze ali polajšave potreba, naj se zastran tega obrne na kn.-šk. ordinarijat.

Tukaj navedena določila pa ne veljajo tudi za redovnike; oni se ravnaajo po svojih pravilih.

Vsi verniki, ki se s tem podeljene polajšave poslužujejo, naj tiste dni štiridesetdanskega posta, o katerih to storé, — tudi ob nedeljah —, petkrat molijo „Očenaš“ in „Češčena Marija“ v čast britkemu trpljenju in smrti Jezusa Kristusa. Vendar jim je na prosto voljo dano, mesto tega primerno miloščino dajati.

Ordinarijat Ljubljanski, 25. februarija 1889.

Jakob,
knezoškof.

11.

Fastenmandat

für die Laibacher Diöcese im Jahre 1889.

Die Nachsichten, welche hinsichtlich des Fastengebotes auf Grund der vom Apostolischen Stuhle gewährten Vollmachten in der Laibacher Diöcese bisher

zugestanden waren, bleiben mit Genehmigung des hl. Vaters auch für das Jahr 1889 in Geltung. Es haben demnach die Gläubigen der Laibacher Diöcese

in Betreff dieses Kirchengebotes in diesem Jahre Nachstehendes zu beobachten:

I. Eigentliche Fasttage oder Abbruchstage, an welchen nur einmalige Sättigung erlaubt ist, sind folgende:

1. Alle Tage der vierzigstägigen Fastenzeit, ausgenommen die Sonntage.

2. Die Mittwoch, Freitage und Samstag der vier Quatemberzeiten.

3. Die Mittwoch und Freitage der Adventzeit.

4. Die Vorabende vor Pfingsten, Petri und Pauli, Mariä Himmelfahrt, Allerheiligen, Unbefleckte Empfängniß und Weihnachten.

II. Abstinenztage, d. h. solche, an welchen der Genuß von Fleischspeisen verboten ist, sind folgende:

1. Alle Freitage des ganzen Jahres.

2. Der Achtermittwoch, die vier Quatembermittwoche und Quatemberjamstage.

3. Die drei letzten Tage der Charwoche.

4. Die Vorabende vor Pfingsten, vor Petri und Pauli, Mariä Himmelfahrt, Allerheiligen, Unbefleckte Empfängniß und Weihnachten.

III. Weitere Dispensen vom Gebote, sich des Fleisshessens zu enthalten, sind folgende:

1. Für die ganze Diöcese, so oft ein gebotener kirchlicher Feiertag auf einen der früher genannten Abstinenztage fällt.

2. Für einzelne Orte, so oft daselbst ein Jahrmarkt auf einen der genannten Abstinenztage fällt. (Viele Pfarren bestehen aus mehreren von einander entfernten Orten; da gilt die Dispense nicht für die ganze Pfarre, sondern nur für jene Orte, wo des Marktes wegen das Zusammenströmen von Menschen stattfindet.)

3. Für einzelne Personen:

a) Mit Ausnahme des Achtermittwochs, der drei letzten Tage der Charwoche und der Vorabende vor Pfingsten und Weihnachten werden an allen übrigen Tagen dispensirt:

die Arbeiter in Fabriken und in Kohlen- und Bergwerken;

die Reisenden, welche in Gasthäusern essen, auch andere, falls sie z. B. in Städten oder anderen geschlossenen Orten in Gasthäusern ihre Beföstigung haben.

b) Mit Ausnahme des Charfreitags werden an allen übrigen Tagen dispensirt:

die Eisenbahn-Conducteurs;

die Reisenden, falls sie auf Bahnstationen speisen;

diejenigen, welche sich zur Herstellung der Gesundheit in Bädern aufhalten, mit ihren daselbst befindlichen Angehörigen und ihrer Dienerschaft.

c) Vom Verbote des Fleischgenußes, wenn ihnen Fastenspeisen nicht ausreichend zu Gebote stehen, sind gänzlich dispensirt:

jene, welche wegen großer Armuth essen müssen, was immer sie bekommen;

auch die Uebrigen, welche in einer Familie leben, wo Fastenspeisen nicht aufgetischt werden. Sie sollen jedoch trachten, sich, wenn möglich, wenigstens am Charfreitage des Fleischgenußes zu enthalten.

IV. An allen jenen Fasttagen des Jahres, an denen nur einmalige Sättigung erlaubt ist, und in der ganzen Fastenzeit, auch an den Sonntagen, ist der Genuß von Fisch- und Fleischspeisen bei einer und derselben Mahlzeit nicht erlaubt. Man muß sich entweder des Fleisches oder des Fisches enthalten.

V. Sich Abbruch zu thun sind nicht verpflichtet: die Kranken, ferner jene, welche schwere körperliche Arbeiten verrichten, endlich die noch nicht das einundzwanzigste Lebensjahr erfüllt oder das sechzigste Jahr bereits überschritten haben.

Diejenigen, welche nicht zum Abbruch verpflichtet sind, dürfen an jenen Abbruchtagen, an denen der Fleischgenuß nicht gänzlich verboten ist, Fleisch essen, so oft sie im Laufe des Tages Nahrung zu sich nehmen, während hingegen die zum Abbruche Verpflichteten an denselben nur Mittags und Abends Fleisch genießen dürfen, sich am Abende aber den schuldigen Abbruch thun müssen.

Die Herren Pfarrer und Beichtväter sind ermächtigt, in einzelnen Fällen einer wirklichen Nothwendigkeit noch weitergehende Dispensen vom Verbote des Fleischgenußes zu ertheilen, insbesondere zu gestatten, daß zur Bereitung von Fastenspeisen, mit Ausnahme des Charfreitages und der Quatemberfreitage, statt der Butter oder des Rindschmalzes auch Schweinfett gebraucht werden dürfe. Wer eine bleibende Dispense zu be-

dürfen glaubt, hat sich diesfalls an das fürstbischöfliche Ordinariat zu wenden.

Die vorstehenden Bestimmungen sind nicht auch für Ordenspersonen maßgebend; dieselben richten sich nach ihren eigenen Regeln.

Alle Gläubigen, welche sich der hiemit gewährten Nachsichten bedienen, haben an jedem Tage der vier-

zigstägigen Fasten, — auch an Sonntagen, — an welchen sie dies thun, fünfmal das „Vater unser und Begrüßet seist du Maria“ zu Ehren des bitteren Leidens Jesu Christi zu beten. Jedoch steht es ihnen frei, an dessen Statt ein entsprechendes Almosen zu geben.

Vom fürstbischöflichen Ordinariate Laibach, am 25. Februar 1889.

Jacobus,

Fürstbischöf.

12.

Ausweisung aus der Gemeinde wegen Mangels der Unbescholtenheit.

(Budwinski, Erkenntniße des B.-G.-H., Jahrgang 1888, Nr. 4268, S. 650. — Erkenntniß vom 6. October 1888, 3. 2046.)

Der k. k. B.-G.-Hof hat über die Beschwerde der Gemeinde Ebbs ca. Entscheidung des k. k. Ministeriums des Innern vom 20. November 1887, 3. 16.510, betreffend die Ausweisung der Katharina Mayrhofer, nach durchgeführter ö. m. Verhandlung und Anhörung des k. k. Sectionsrathes Dr. Edlen von Braunnhof zu Recht erkannt:

„Die angefochtene Entscheidung wird gemäß § 7 des Gesetzes vom 22. October 1875, R.-G.-Bl. Nr. 36 ex 1876, aufgehoben.“

Entscheidungsgründe:

Der B.-G.-Hof ist bei seinem Erkenntniße von nachstehenden Erwägungen ausgegangen:

Beim Beschlusse des Gemeinde-Ausschusses auf Ausweisung der Katharina Mayrhofer lagen zwei Momente vor, auf welche derselbe die Ausweisung gründete und auf deren Erörterung der B.-G.-Hof bei der Prüfung der Gesetzmäßigkeit der angefochtenen Entscheidung sich zu beschränken findet; nämlich einerseits der Umstand, daß Katharina Mayrhofer unterstandlos und im Concubinate lebenden Leuten Unterstand gebe und anderseits der Umstand, daß sie mit Peter Greiderer seit Jahren im Concubinats-Verhältnisse lebt und dadurch in der Gemeinde öffentliches Aergerniß verursacht.

Der erste Umstand steht der Gesetzmäßigkeit der angefochtenen Entscheidung nicht im Wege, da die Mayrhofer für das Verhalten ihrer Miethparteien nicht allein verantwortlich gemacht werden kann, und der Gemeinde gesetzliche Mittel zu Gebote stehen, den durch Unterstandgeben an derlei Leute sich ergebenden Uebelständen zu begegnen.

Dagegen fand der B.-G.-Hof, daß durch die Eingaben des Pfarrers vom 22. April und der Besitzer von Oberndorf vom 12. Mai 1887 im Zusammenhalte mit den detaillirten, den Grund des durch das Concubinats-Verhältniß hervorgerufenen öffentlichen Aergernisses in greller Weise beleuchtenden Rapporten der Gendarmerie vom 14. Juni und 2. August 1887 und der Protokollar-Aussage des Peter Greiderer jun. vom 31. August 1887 der Fortbestand des Concubinats-Verhältnisses der Katharina Mayrhofer mit dem in ihrem Hause wohnenden Peter Greiderer sen. und des durch selbes verursachten öffentlichen Aergernisses in der kleinen Landgemeinde Ebbs außer Zweifel gestellt sei, weshalb der Mangel der Unbescholtenheit der Katharina Mayrhofer als vorhanden anzusehen und die Entscheidung, welche ihre Ausweisung behebt, nach § 7 des Gesetzes vom 22. October 1875, R.-G.-Bl. Nr. 36 ex 1876, aufzuheben war.

13.

Sammlung.

Das hochlöbliche k. k. Landespräsidium von Krain hat mit Zuschrift vom 10. Februar 1889, Nr. 173/Pr. nachstehenden Aufruf anher mitgetheilt:

„In der Nacht vom 17. auf den 18. Jänner 1889 wurde die auf dem Karste gelegene Ortschaft Hrastje im Bezirke Adelsberg von einer Feuersbrunst heimgesucht, welche, vom heftigsten Vorstürme angefaßt, nahezu alle Wohn- und Wirtschaftsgebäude einäscherte, die Feldgeräthe und Einrichtungstücke, die Kleidung und Lebensmittel der Betroffenen, sowie die Futtervorräthe für das Vieh größtentheils vernichtete.

Den amtlichen Erhebungen zufolge beziffert sich der Gesamtschade — nach Abrechnung der Assecuranzbeträge — auf beiläufig 25.000 fl.

Bisher haben die benachbarten Ortschaften die Verunglückten durch Gewährung von Unterkünften, durch Spendung von Kleidern und Lebensmitteln so viel als möglich unterstützt, allein auf längere Zeit wird eine solche, naturgemäß nur sehr beschränkte Hilfeleistung, namentlich in der gegenwärtigen un-

günstigen Jahreszeit, nicht hinreichen, um die Verunglückten, welche zu den dürftigsten Karstbewohnern gehören, vor dem Elende äußerster Verarmung zu schützen.

Ich finde mich daher bestimmt, eine Sammlung milder Gaben für die Abbrändler im ganzen Kronlande auszuschreiben, indem ich mich der Hoffnung hingebe, es werde sich der so oft bewährte Wohlthätigkeitsinn der krainischen Bevölkerung auch diesmal in reichem Maße bethätigen.

Eingehende Spenden werden vom Landespräsidium, vom Stadtmagistrate in Laibach und von den Bezirkshauptmannschaften entgegengenommen, durch die Landeszeitung veröffentlicht und ihrer Bestimmung zugeführt werden.“

Die hochw. Herren Kirchenvorsteher werden hiemit angewiesen, die eingeleitete Sammlung milder Gaben durch Verkündigung von der Kanzel zu fördern und die einfließenden Spenden an die betreffende Bezirkshauptmannschaft, beziehungsweise an den hiesigen Stadtmagistrat einzusenden.

14.

Mäßigkeits-Vereine.

Zu den zwei Pfarren: Dob und Zgornji Tahinj, im Decanate Kamnik, sind Mäßigkeitsvereine ins Leben getreten, die hiemit als canonisch errichtet erklärt werden.

Beide Vereine haben zur Gewinnung des vollkommenen Ablasses das Fest der Unbefleckten Empfängniß Mariens (8. December), und zur Gewinnung des Ablasses von 7 Jahren und 7 Quadranten das Fest des hl. Joseph

(19. März) und die ersten drei Quatember-Sonntage des Jahres gewählt.

Die canonische Errichtung dieser Mäßigkeits-Vereine ist im resp. Verzeichnisse der Vereins-Mitglieder in der, in dem Diöcesanblatte VIII, S. 87 de 1887, mitgetheilten Form anzumerken.

15.

Concurs-Verlautbarung.

Das erledigte Curatbeneficium in Sent-Vid pri Zatičini wird hiemit zur Bewerbung ausgeschrieben.

Die Gesuche sind an den hochw. Herrn Ortspfarrer, Stefan Jaklič als Patron zu stylisiren.
Peremptorischer Competenztermin 9. April 1889.

16.

Chronik der Diöcese.

Seine k. und k. Apostolische Majestät haben den Professor an der theologischen Lehranstalt in Laibach, Herrn Dr. Johann Semeu und den Professor am k. k. Ober-Gymnasium ebendort, Herrn Josef Maru zu Ehrenomherren des Domkapitels in Laibach huldvollst zu ernennen geruht.

Herr Johann Nemanjić wurde auf die Pfarre Sent-Ozbal am 31. Jänner 1889 canonisch investirt.

Gestorben ist am 23. Februar 1889 in Kranj der pens. Kapitel-Bischof von Rudolfswerth, Herr Georg Jarec, und am 25. Februar zu Rudolfswerth, Herr Johann Bačnik, pens. Pfarrer von Prečina; welche dem Gebete des hochw. Diöcesan-Clerus empfohlen werden.

Vom fürstbischöflichen Ordinariate Laibach am 26. Februar 1889.